

per se minus mercede digna. Si igitur Alcoranum est remissibilis  
 us quam euangelium; non ergo similiter est ad salutem efficacax: Non enim  
 dedit deus legem minoris efficacie & ad salutem laboriosiore  
 Et constat in Alcorano quod & per ipsum Alcoranum demones saluari  
 possunt: ut superius manifestum fuit in septimo capitulo: quod non pos-  
 sunt saluari per euangelium: Est igitur Alcoranum magis salutare quam  
 euangelium; ergo & laboriosius & difficilius: Item si Alcoranum fa-  
 cilius lex est & periculosior; maiore reprehensione dignum erit eam  
 non observari: Sed saraceni eam non seruant; periculosius igitur  
peccat; quod autem eam non seruant/nec complent; manifestum est: Bibunt  
enim vinum & inebriantur; comeduntque illicita apud eos: Non seruant  
ieiunium/neque orationem; neque expendunt iuxta eorum facultatem; &  
alia multa/quae melius scit quam in conversatione inter eos experi-  
entiam horum capit. Siue facilem hanc dicunt; siue difficilem/pericu-  
lum non euadunt. Sed in veritate/Mahometus conatus est quidem fa-  
cilem legem dare; non tamen promissum est sic calamum temperare/quod  
difficilia multa interseruerit: Continet enim lex illa difficultatem  
multam ad eam intelligendam: Dicit enim in Alcorano/ quod a solo deo  
intelligitur. Hoc autem quomodo sit irrationabile/manifestum fuit in octa-  
uo capitulo. Item continet etiam difficultatem ad credendum: Dicit enim  
virginem Mariam peperisse Iesum; & deum habere verbum & spiri-  
tum sanctum; quae necessaria sunt ad nostram fidem; & tamen mira-  
culis confirmata. Item difficilis est propter opera adimpleri: sicut  
circumcidere; & non bibere vinum; & cauere ebrietatem pro cicera; &  
alia quae sunt de ieiunio & oratione; & de collatione cuiuslibet  
secundum facultatem sibi datam a deo; & multa alia/quae pauci sara-  
cenorum seruant. Sicut igitur fuit mundo necessarium/ quod alleuiaren-  
tur precepta euangelij/ & daretur Alcoranum leuius; ita posset di-  
ci ab aliquo; quod esset necessarium/ ut daretur alia lex leuior/quae pos-  
set ab hominibus observari; & tam euangelium quam Alcoranum deleren-  
tur. Vel si pauci saluarentur; esset culpa dei/ qui tale legem dedit:  
quam homines seruare non possent: quod si hoc est inconueniens; standum  
est in primo/scilicet/ quod euangelium sit lex a deo sanctissima pari-  
ter & observabilis mundo; & quae vires hominum non excedit.  
 Telos

Aliud ar.

Alcoranum  
difficile est.

Aliud ar.

Aliud ar.

in Ma  
 poly has  
 em serua  
 rentur